



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

vt Deus in animam adueniat. 37

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

MARGARITAE EVANG.

abstrahere defectibus, & ipsum cum omnibus vir-
ribus, sensibus ac membris suis conforma sancti-
ssimo, mundissimo saucioque corpori tuo, vt
tibi totaliter applicari possit, tuque solus in eo
viuas, & per ipsum mouere ac operari possis, si-
cut per sanctissimam humanitatem tuam gradi-
echaris, loquebaris & operaberis: vt sic & in ip-
so & per ipsum quodcunque tibi placet, opera-
ri valeas: vtque ego sic extra meipsum in te exi-
te possim, vt nunquam intro reuertar: sicq; intra
te aberrem & per meipsum, vt nunquam vale-
am denuo exire.

Qualiter Deus cum omni gratia sua in ani-
mam venit. Cap. XXXVII.

CVM ergo sic meipsum & omnem meam
paupertatem desero & exeo, tunc tu o
mansuetissime, totus vicissim cum omnibus
diuitijs tuis intras in me in desertam habitatio-
nem animæ meæ, & muros collapsos restauras,
vias dissipatas reparas, ostia atque fenestras con-
cludis, statuens circa ea custodes ac vigiles, fun-
dum animæ purificas, & in spiritu meo tuum sa-
cis cubiculum, quod diuersis virtutum floribus
exornas, fide videlicet, spe & charitate, & octo
beatitudinibus: cingisque illud suprema ange-
lorum hierarchia, Seraphin videlicet, Cherubin
atque Thronis: qui memoriam in puris cogita-
tionibus, intellectum in clara cognitione, & vo-
luntatem in ardenti dilectione conseruant, qua-
tenus tu supremus sponsus in mentis lectulo im-
mobiliter quiescas: qui nimirum lectulus mul-
tum eleganter floribus chorusci luminis splen-
denti-

dentium radiorm diuinitatis est conspersus. Estque cubiculum istud plenum genere optimo suauifragrantium specierum, quæ deorsum in animæ domicilium fluunt, in qua tu rex potentissime commoraris, regens omnem domus huius familiam, tibi que parere faciens: ipsamque domum omnibus sancti spiritus donis adimpleas, & quatuor virtutibus cardinalibus exornas, circumdans eam altera hierarchia, Dominationibus videlicet, Principatibus ac Potestatibus, quæ vim rationalem ad feruidas orationes excitant, concupiscibilem ad mundi contemptum instar principis alicuius roborant, & irascibilem cum omni mansuetudine coercent, ac spirituum malignorum virtutem reprimunt: quatenus tu sponsus æternus in pace locum tuum possideas. Qui delicatus tanquam sponsus exinde procedis de thalamo tuo, & ambulas in cordis palatio, exornans illud omni gratia, septem sacramentis, et omni virtute morali: cingensque tabernaculum istud tertia angelorum hierarchia, vtpote Virtutibus, archangelis & angelis, qui tuum o rex æternæ habitaculum in vera discretione, diuino amore, pariter & timore conseruant. **Q**uam felix est exitus iste, vbi Deus ipse vicissim intrat. Quid ergo poterit esse mihi salubrius, quam exire meipsum? Plane ergo meipsum ab omni creatura, & etiam extra meipsum auertam, & inter brachia æterni verbi delitescam, vbi nomen meum amittens, in cognitionem & amorem immutor, vnumque cum sponso efficior in fructiua requie ipsius, & in deliciosa conuersatione illius in nihilitate meipsum.

O Deus meus, o vita & inhabitator

S. iij animæ